



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

29. Vtrum vidua exempti sit exempta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

**V**ideatur quod sic. Quia legatus habet ordinariam jurisdictionem, in modo majore est ordinario, tot. tit. de officio legati in decretal. Gundislaus de Villadigo tract. de legato que& 8. prima pars.

Melius tamen censemus cum Ioanne Andrex, exemplum a jurisdictione legati, exceptum non esse a jurisdictione ordinarii. *Io. Andr. cap. 1. de verb. signif. in 6.* Ratio est, tum favor ordinarii, tum odium exemptionum, quas restringere quantum mens & verba patiuntur oportet; *dicitur n. est supra quæst. 4. per tot.*

Quid est contra an exemptus a jurisdictione ordinarii censeatur exemptus a jurisdictione legati? Breviter, a legatis missis aut natis, exempti censentur, non vero a legatis de latere. *Rom. sing. 513. Et cons. 498. cap. 1. de verb. signif. in 6. cap. si Abbatem elect.* in 6. cap. si videtur 16. quæst. v. *Io. Andr. cap. 1. de verb. signif. in 6. ff. spec. de legato 5. superest. verb. sed nunquid legatus potest, de quo articulo fuisus suo loco differemus infra lib. 2. q. 2. per tot.*

Utrum vero exemptus a judice censeatur exemptus ab illius delegato? petatur 3  
ab Imberto. *Inst. forens. lib. 2. cap. 6. in glo. verb. soluta est, ubi lase.*

## Q U E S T I O N E XXIX.

Utrum vidua exempta sit exempta?

## S U M M A R I U M.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Uxores item viduae habent privilegia maritorum. | 5. Idem in exemptionibus civilibus.                               |
| 2. Vidua retinet exemptionem mariti.               | 6. Virum uxor clericis fortinatur illius forum.                   |
| 3. Contrarium est verius.                          | 7. Exemptiones sunt personales, ideoque non sunt extendenda.      |
| 4. Mortuo domino extinguitur exemptio famili.      | 8. Difficilis non comprehendit eos quibus sua verba non aptantur. |

**U**xores gaudere privilegiis & dignitate matitorum juris est manifesti, *l. sœmina ff. de senatoriis l. quectus C. de privilegiis lib. 12. l. mulieres C. de dignitatibus lib. 12. Le- naudius tract. de clericis par. 2. §. 13. Corseus de potestate regia parte 3. qu. 29. tex. l. fiscus in fine ff. de jure fisci, latissime Tiraquell. in legibus conubialibus l. 16. glo. 2. in verb. en pounoir de son marit. n. 45. & plurimi seqq.*

Idque non modo viventibus mariis, sed etiam iis defunctis quamdiu in viduitate perm. nett, *DD. ubi supra l. filii §. vidua ff. ad municipales Barthol. l. fin. C. de pri- vilegiis scholar. l. 12. Corseus d. quæst. 29. Hippolitus sing. 179.* Qua ratione Guido Papa quæst. 379. & 380. censuisse videtur viduam quamdiu ad secunda non convolayit

vota, retinere privilegium exemptionis, quo vivente marito fruatur, Petrus An-  
tiboli tract. de munieribus part. 3, §. 4. num. 36. C. iustit. l. cum quadam num. 4. ff. de juris d.  
omn. judicium, Barth. d. i. feminis & DD. Icum te C. de nupiis Papon. aux. arreſt. iii. des-  
tailes arreſt. 12. § 27. idque etiam si privilegium sit exorbitans teste Tiraquel. cesseſſe  
cauſa par. 1. n. 110. per hanc ubi DD. C. de privileg. scholar. l. 12. Mihi tamen in hac ex-  
emptione materia longe aliter videntur est. Ratio est, quia uxores non gaudent ex-  
emptione maritis concessas & que principaliter & independenter, sed per quandam  
participationem, dependenter & velut accessorie, aut secundarie. Unde sublato  
marito cui exemptione principaliter competebat, extinguitur exemptione qua ex ma-  
riti per se in uxorem derivabatur, sicut in simili dicitur sublato Domino, extin-  
guitur exemptionem, qua ex famulo ex persona Domini competitbat, Bald. lib. 2. circa fin.  
C. de Episc. & clericis. Soc. conf. 84. Decius l. in omnibus num. 10 ff. de reg. juris, id quod  
nos alibi accusatus tradidimus eodem lib. cap. 17. num. 18. Quibus non modo ad-  
stipulatur in hac exemptione personalium materia Philippus Francus cap. ne ali-  
qui num. 2. & 3. de privilegiis in 6. sed etiam in exemptionibus civilibus seu à tallis  
& collectis. Ioannes Bachetius advocatus regius tract. Des droitz du domaine de Fran-  
ce lib. 4. du droit des franz. fiefz. cap. 9. censens privilegia, immunitates, exemptiones  
à collectis non transire ad viduas privilegiatorum, cui tamen Papon. jam citatus  
adversatur. Perrò quod initio attulimus, privilegium aut dispositionem marito  
factam extendi ad eius uxorem. Felinus cap. nullus judicium num. 3. vers. pro hoc, de foro  
compet. l. 2. ubi Bald. C. de Episc. & Clerc. l. 1. ubi DD. C. de uxorib. militum glo. cap. cle-  
ricum 11. queſt. 1. non est usquequaque inter doctores expeditum, alius aliter atque a-  
litter sentientibus.  
Siquidem Philippus Francus & cum eo plerique censuerunt privilegium fori cleri-  
corum non extendi ad eorum uxores, in cap. unico 8. in ceteris num. fin. de clero  
conjugato in 6. Iacob. à Cambus tract. de Repressaliis part. 2. nu. 5. vers. 13. At vero è con-  
tra Felinus Abbas & quidam alii, d. cap. nullus judicium. Aufrius de potestate seculari  
super Ecclesiast. personis Reg. 2. num. 34. vide latissime Tiraq. d. num. 46. & seqq. quod  
enam ad concubinas clericorum nonnulli extendent, Aufrius de potestate seculari  
super Ecclesiast. Reg. 2. n. 34. quod nolo hoc loco in examen revocate.

Satis fit pro hac conclusione exemptions has esse personales, nec esse produ-  
cendas, sed strictim intelligendas, cap. sane cap. porro de privilegiis Franc. d. cap.  
ne aliqui, notatur supra eodem lib. cap. 4. per tot. ac ab uno casu ad alium, & à persona  
mariti ad personam uxoris extendi non posse ut Nazarius conf. 13. num. 2. de temp.  
ordin. conf. 6. num. 1. de obſer. Iejun. Cavalc. dec. 31. num. 8. par. 1. non uno in loco tradic-  
derunt, & ratio est, quia quae specialiter personae mariti cohærent, uxori non compe-  
tunt, nec ad eam extendi possunt. Alciat. 1. 1. in gloss. verb. uxori vers. sed  
qua specialiter C. de iugis vocando. Nec enim propria aut impropria mariti signifi-  
catio

ficatio ad uxorem extendi potest, quod in privilegiorum interpretatione semper interspicie debet, *Navarr. conf. 22. n. 6. de privileg. Alcian. in rubr. de verb. signif. colu. 2.* Translatumque est, quod dispositio nunquam includat eos quibus sua verba adaptari non possunt, *cap. indemnitaribus §. prefata de elect. in 6. Navarr. conf. 12. in fin. de major. et. §. obed. conf. 4. num. 8. in fin. de consang. & affini.* Quia omnia proinde ex verbis & tenore privilegiorum dijudicanda sunt, *cap. porro de privileg.*

## Q V E S T I O XXX.

An familiares exemptorum sint exempti?

## S U M M A R I U M.

1. Exemptiones non sunt extendenda.
2. Exemptiones extenduntur ad personas accessorias.
3. Exemptio extenditur ad familiares.
4. Privilegium Hospitalis producatur ad e-  
jus ministros.
5. Familia appellatione quid veniat.
6. Quid si familiares sint temporales aut  
mercenarii.
7. Servientes Ecclesiæ gaudent exemptione  
cum certis circumstantiis.
8. Familiaris nemo est, nisi qui actu conti-  
nuo est in exercitu.
9. Familia temporales seu conductit; clerico-  
rum privilegio non gaudent, sed tantum  
perpetui.
10. Censuales exemptorum non sunt exem-  
pti.
11. Factus familiaris in fraudem, privilegio  
non gaudent.
12. Ministeriales Principis convenienti co-  
ram magistro officiorum.  
Familiaritas perditur per recessum.
13. Ex alterius persona acquiritur privile-  
gium.
14. Exempta Ecclesia vasalli Ecclesia non  
sunt exempti.

**I**cet exemptiones personales ad instar privilegiorum personalium de persona in personem non transeant, nec personam exemptam egrediantur, *cap. privilegium personale de reg. juris in 6. l. privilegium ff. codicm Franc. cap. 1. §. in eos de privil. in 6.*

Tamen certum est, ejusmodi exemptiones se extendere ad alias personas accessorias familiaresve accessoriæ à privilegiatis dependentes, *Decimus l. in omnibus ca-  
ribus id observatur num. 10. ff. de Reg. juris. Rebus ff. de privil. scholar. privil. 116. num. 11. late-  
Comefus ad Reg. Cancell. tit. de impetr. benef. per obitum famil. Cardinal. Papon.*

anx.